



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Praxis Bene Meditandi**

**Berzetti, Nicola**

**Coloniae Agrippinae, 1658**

Die Martis tertium Iter ab Anna ad Caipham.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56496](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56496)

tes gloriabamur, quod strenuè  
in eo capiendo se gessissent, ibi-  
dem exprobrarunt ei Potentiam,  
Miracula, Discipulos. &c.

## DIE MARTIS

*Tertium Iter ab Anna ad Caipham.*

1. **M** Alè tractatus & illu-  
sus, ut dictum est, Do-  
minus IESUS, arctiusque ligatus  
modo quodam & festinatione  
crudeli; per gradus palatij Annæ  
deorsum, magnâ rabie raptatus  
fuit; unde & summo suo dolore  
vehementer cecidit in dura illa  
marmora, non sine risu acerbo  
circumstantium.

2. Erectus colaphis, & calci-  
bus exceptus fuit, cum imprope-

rio, cur caderet; & magnam partem per viam usque ad domum Caiphæ raptatus cum clamore continuo captum esse seductorem populi, & varijs injurijs eia diversis personis irrogatis.

3. Vbi ad palatium Caiphæ pervenit, novis lannis exceptus fuit, Pontifici præsentatus, accusatus, examinatus, calumnijs affectus, pro blasphemo reputatus, & condemnatus, dignus morte iudicatus, crudeli alapâ coram pontificæ cæsus, totâ reliquâ nocte in loco fœrente in vinculis servatus, à S Petro negatus, facie velatus, cõsputus, in maxillis percussus, evullis ex barba, & Sacro-Sancto capite pilis spoliatus.